

## **Terms and Conditions**

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

### Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

### Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100

## OCTAVVS

Commentaria iste reliquit in quibus de natura rerum: de sententiis: de medicina differuit. Notasq; breues commentariorum locis apposuit: quibus aperte indicat ab se elaborata opuscula. obiit anno ætatis nonagesimo.

### Archytas tarentinus.

**A**rchytas mnesagoræ siue ut aristoxenus ait estiaï filius tarentinus pythagoricus nobilissimus fuit. Hic platonem: cum a dionysio necandus esset: per epistolam eripuit. admirationi summæ apud plurimos habitus est in omni uirtutis genere. Nempe enim septies ciuibus præfectus est: cum cæteri plusquã annum imperare lege prohiberentur. Ad huuc plato scribit epistolas: quod is ad eum prior scripsisset ita: archytas platoni salutē. Facis tu quidem recte quod nobis te cõualuisse ex ægritudine significasti. de damisco item nuntians. De cõmentariis autem curauimus: uenimusq; ad lucanos: ibiq; conuenimus ocelli nepotes. Quæ igitur de regno legibus iustitia omniumq; generatione & ipsi habemus & ex his quædam misimus: reliqua modo reperiri non possunt: cum inuenta fuerint ad te deferentur. in hunc modum archytas. plato aut ista rescripsit. plato archytæ sal. Quæ abs te nobis allata sunt commentaria: dici non potest: quam libenter accepimus: quiq; illa scripsit in primis admirati sumus. ostendit enim profecto uir ille dignum se maioribus illis suis antiquissimis atq; optimis uiris. Feruntur autem isti uiri moerei fuisse. Hi autem ex illis fueret troianis qui cum laomedonte migrarunt uiri boni ut de illis tradita fabula significat. quæ apud me sunt commentaria de quibus scripsisti nõdum satis lucubrata sunt. neq; unq̃ satis erunt. ea tamen misi. De custodia uero ambo concorder sentimus. Nihil itaq; adhortatione opus est. uale. in hunc modum illi ad se inuicem scripserunt. porro archytæ quattuor fuere: primus hic ipse: secundus mytilenæus musicus: tertius qui de agricultura scripsit: quartus poeta epigramatum: quintum plæriq; addunt architectum: cuius proferunt librum de machina: cuius istud initium est hæc de teucro charchedonio audiui. de musico dicitur quod cum probro sibi daretur qd̃ non exaudiretur dixerit organum enim pro me pugnans loquitur. pythagoricum uero aristoxenus refert cum exercitui præesset nunq̃ fuisse superatum. Semel autem dum inuidiæ cederet sese imperio abdicasse: moxq; exercitum in ius hostium concessisse. primus hic mechanica mechanicis principiis usus exposuit: primusque motum organicum descriptioni geometricæ admouit ex dimidii cylindri sectione duas medias secundum proportionem sumere quærēs ad cubi duplicationem: & in geometria cubum. primus ut plato in repub. testatur inuenit.

### Alcæon crotoniata.

**A**lcæon crotoniates & ipse pythagoræ auditor fuit: ut plurimum uero in medicina uersatur. plærunque item de natura disputat: dicens multas